



1789.

1. Erlehen, Johannes Mauricus: Petes las criminis alio
circa frequentiam delictorum in Disceptationem
vocata.
2. Hofmannus, Franciscus: De variis Differentiis
iuris publ. eccles. inter Catholicos episcopos
Simone Dates Pomeranie et alios proresules sacro.
rum catho Germaniam. . . .
3. Polzer, Michaelis Theodorus Galkhardus: De delineatione
processus Inquisitoriae (Generalis Imperialis) nor-
simal circa litterarum informativiarum
restorationem.
4. Willich, Carolus Fridericus: De dote ex natura
donationis vocanda.

1790.

1. Hofmannus, Franciscus: De sumptibus studiorum
in legitimam nos imputandis.

1792.

1. Prader, Janus Hier: An servitutes pignori vel
hypothecae dari possunt?

1792

2. Hoffmann, Fr. Andreas: De scabinorum deum-
strabonibus atque placitis

1793.

1. Bauer, Antonius: Utrum nepos, ab intestato a
patris hereditate sibi delata, in alioquo et feudis
sui succedere possit?
2. Boettger, Hens. Ludov. Christ: De natura et indole
leseramenti corresponsivi.
3. Weis, Philipp Friedrich: Theses inter dei in sancto
des Pentateuchae voluminibus Zeiterum
Ein acad. Programm.

1795

1. Schwenkelt, Carolus Georgius Augustus: Requisitiones
indulti ordinis Teutonicus a successione in feudis
recta et secularia non excludenda.

1800.

- Weis, Phil. Friedr. Historie novellarum C. Heracii
particula I, periodus Anti. Helvandinae completa.

m

ss

hale

Text

as

da

nie



1792

1. *Hyphomys*, *Hyphomys* ...
Hyphomys ...

1793

1. *Bombus*, *Bombus* ...
Bombus ...

2. *Bombus*, *Bombus* ...
Bombus ...

3. *Bombus*, *Bombus* ...
Bombus ...

1794

1. *Bombus*, *Bombus* ...
Bombus ...

1795

1. *Bombus*, *Bombus* ...
Bombus ...



AVCTORITATE
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
G V I L I E L M I IX.

HASSIAE LANDGRAVII RELIQA
RECTORIS ACADEMLAE MAGNIFICENTISSIMI

SOLEMNIA
NOVI PRORECTORIS
CREANDI INAVGVRANDIQVE

AD IPSAS CALENDAS IANVARIII A. CIOIOCCCLXXXIX.

INDICIT

PRORECTOR ACADEMLAE
IOHANNES HENRICVS CHRISTIANVS
ERXLËBEN

IVR, VTR. DOCT. PROFESS. PVBL. ORDINAR. ET SERENISS. HASSIAE
LANDGRAVIO A CONSIL. IVSTIT. INTIMIS.

POTESTAS CRIMINALIS CIRCA FREQVENTIAM
DELICTORYM IN DISCEPTATIONEM VOCATA.

MARBV RGI
TYPIS IOHANNIS BAYRHOFFERI.

1789

1789, 1

1789
Potestas Criminalis circa frequentiam delictorum.

AVTORITATE
PERMISSUM AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
GUILIELMI IX.

HASSIAE LANDGRAVII REGNI
RECTORS AC ACADEMIAE MAGISTRATUS

.SOLEMNIA

NOVI PROPECTORIS

GRANDI INAVOANDI

AD HANC CAUSAM PARVITATE A GIGISORUM

INDICIT

PROFESSOR ACADEMIAE

JOHANNES HENRICUS CHRISTIANUS


ERKLÄREN

PER HANC MODO CAUSAM HABILITATIONIS ET RECIPIENDI HABILITATIONIS
ACADEMIAE A GIGISORUM INDICIT

PROFESSOR ACADEMIAE GIGISORUM
ACADEMIAE IN DISCIPLINA

MARELLI

ACADEMIAE GIGISORUM



In eiusmodi re ac moribus, si is, qui erit adductus in iudicium, cum manifestis in flagitiis tenebitur, alios eadem fecisse dicet; illi exempla non deerunt; reipublicae salus deerit, si improborum exemplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur.

CICERO in Actione in Verrem II.
Lib. III. cap. 89.

§. I.

Eam esse ingenii humani atque intellectus naturam et indolem quasi innatam; vř notiones iustitiam ac modum poenarum spectantes non nisi post reliquas omnes de aequitate et rectitudine actionum formatas ideas, vltimoque quasi loco stabiliantur et perficiantur *a*), probant totidem exemplis gentes quarum noscimus

A 2

leges,

a) Causas exposuit, Vir iudicii doctrinaeque subtilitate conspicuus I. G. H. FEDER in den Grundzügen zur natürlichen Geschichte der Begriffe von strafender Gerechtigkeit. In eiusdem tractat, Untersuchungen über den Menschl. Willen T. 3. §. 87. Nec non: VON GLOBIG et HVSTER, von der Criminal-Gesetzgebung (Zürch 1783.) im Eingange pag. 6. 7.

leges, atque corroborant potissimum fata legum criminalium Germaniae. Nullo tempore quantum assequi licet, Patria nostra domesticis legibus omnino fuit destituta; cogitarunt Teutones de poenis ad coërcendam improbitatem sumendis, quibusque alii a peccando absterreantur *b*). Sed quam exiguus fuerit istarum legum numerus, quaenam omnium simplicitas atque insufficientia, quam male ac inconcinne bene multa fuerint adornata exponere non vacat.

Sequiori tempore emendata quidem est, et augmenta habuit res criminalis haud leuia; imperfectior tamen mansit et eo tempore quo in aliis omnibus causarum generibus, adcuratiores boni malique cognitiones et imperantium et iudicantium occupauerant animos.

Hoc praesertim quo viuimus aeuo, obtigit ista rei criminali felicitas, vt reformatores quos vocant existerent multi, qui haud illotis manibus rem aggressi, profligando tot errores quibus eousque scatuit tantum non vtilissima iurisprudentiae pars, adhibendoque rectae philosophiae praecepta, leges criminales ferre, latas intelligere, supplere iusteque adplicare, docuerunt *c*).

Fal-

b) Vid. TACITVS de moribus Germanor. c. 12. 19. IVL. CAESAR de Bello Gall. L. 6. c. 23. VON BÜNAU *Teutsche Kayser und Reichs-Historie im I. Bande S. 54.* seq. G. C. GERBER Vestigia Iur. Germ. Antiqui. Dissertat. 16-21. HOMMEL in den Philosophischen Gedanken über das Criminal-Recht §. 12.

c) Fata iurisprudentiae criminalis succincte tradit C. O. GRAEBE *Ueber die Reformation der Peinlichen Gesetze. Münster 1784. 8.*

Falluntur autem egregie, qui in re tam ardua vel omnia esse composita opinantes, instituta criminalia Germaniae nunc esse perfecta ac omnibus absoluta numeris praepostere putabunt. Sunt admodum multa, quae omnino salutarem legislatoris, vtinam non frustra, expectant operam; sunt plura quae ab interpretibus adhuc confunduntur, et peruersa qua vsi sunt methodo multis dubiis redduntur obnoxia.

Equidem ea quae in iure criminali incerta vel sunt vel existimantur recensere omnia haud decreui; sed animus fuit, data hac occasione, de loco speciali saepe omisso saepiusque leuiter tractato, scilicet de potestate criminali circa frequentiam delictorum, meas qualescunque proferre meditationes.

§. 2.

Frequentiam delicti adesse statuo, quoties eiusdem maleficii a diuersis successiue commissi, crebriora in ciuitate prostant exempla. Animaduertendum igitur est, nunquam posse generaliter definiri vtrum delictum *frequenter* sit admissum nec ne? sed solummodo in relatione huius cum alio temporis spatio, atque post aequiparationem cum aliis delictorum generibus, ad quae prauus facinorosorum instinctus inclinatur, institutam. Vnde me non monente statim adparet, longe differre *frequentiam* delictorum a *multitudine delinquentium*, licet haud ita raro vtramque ideam confundi videbis. Haec non adest, nisi idem crimen eodem tempore actuque simultaneo a pluribus admissum esse constat. Neque minus frequentia distat a delicto, *repetito*, rei-

terato et continuato, horum enim *idem reus* est, qui tempore diuerso, circa idem vel diuersum obiectum saepius transgressus est leges easdem criminales. Denique huc minime pertinere *concursum* plurium delictorum facile concedet, qui haud ignorat, tunc eum adesse, cum idem improbus vel eodem vel diuerso tempore pluribus delictorum generibus se commaculati passus est.

Missis reliquis omnibus iam vnico de frequentia delictorum argumento immorari mihi liceat. Hanc minime esse negligendam ab eis, quibus concredita ciuitatis salus, eamque in puniendo facinoroso vtramque facere paginam, qui demonstrare argumentisque probare intenderet, inuiti certissime fungeretur opera.

Interim operae pretium erit, adcuratius inquirere, qua ratione quoue modo *frequentia* delicti obiectum esse possit potestatis criminalis? Hac in re, cum mea quae sit opinio, dicere vix queam, nisi de ipsa *potestate criminali* breuiter actum fuerit, iam vnum alterumue quod ad eam attinet praemittam.

§. 3.

Complexum iurium ac obligationum quae circa materiam delictorum imperanti qua tali competunt, termino paullo latiori potestatem criminalem vocare licet. Hanc Germaniae principibus omnibus, incluso iure vitae et necis, optimo ex fundamento, vique superioritatis territorialis hodie competere, neque in genere neque quoad singulas eius partes in dubium vocari posse, constat d).

Potio-

d) Instrum. Pac. Osnabr. art. 8. §. I. 2. Capitulat. Caesar. art. I. et 18. Generosiss. v. SELCHOW in element. Iur. Publ. Germ. Tom. I. §. 411.

SCHNAF.

Potiora iura quae insunt huic potestati, sunt fere haec: 1) *Ius ferendi leges criminales* territoriales, quibus et Imperii constitutionibus derogare licet. 2) *Iurisdictio criminalis*, in eum largissima modum, vt appellatio quoque ad Imperatorem et summa imperii tribunalia excludatur. 3) *Adgratiatio* ceu ius, poenam legibus statutam, post publicatam sententiam remittendi. 4) *Abolitio*, qua cognitio criminalis ante sententiam tollitur reusque e numero delinquentium eximitur e).

Sublimem adpellitare solent hanc potestatem criminalem, quoties a Principe tanquam fonte eius, actu ipso exercetur. Sed quia natura istius latissime patentis permittere haud videtur, vt iura quae insunt a Principe ipso, aut a sanctiori regimine exerceri in publicam utilitatem queant omnia, dudum vsu venit partem concedere aliis, qua fungantur vel tanquam imperantis officiales vel hac etiam ratione, vt proprio iure sub inspectione tamen suprema in ea gaudeant. Inde originem traxit *subalterna* criminalis potestas, quam tamen *iudicarias vices* non egredi contenderem. Omnia igitur quae iudicis sparta absolui nequeunt, sed vel legislatoriam operam, vel gratiam requirunt, nullius praeter principem esse posse, vel ex hac ratione

SCHNAUBERT *im Staats-Recht der gesamen Reichs-Lande*, §. 341 — 43. Deque recto huius potestatis, imprimis *legislatoriae* vsu differit: WIELAND *im Geist der Peinlichen Gesetze*, T. I. Abschn. I.

e) Quod addunt alii, *ius Asylorum*, non esse nisi partem iurisdictionis partemque adgratiationis, res ipsa docet.

sione intelligitur. Nisi statuas, quod in singulis forsan casibus fieri potest, principi placuisse etiam reliquis iuribus aliquem largissime ornare.

§. 4.

*Frequentiam delictorum esse obiectum potestatis criminalis, extra omnem dubitationis aleam positum credo. Interest enim ciuitatis, vt crimina recte puniantur ipsaque sit secura, quod nisi inuigilent omnibus delicti circumstantiis, ii quibus haec cura commissã, fieri nequit. Interim si ex me quaeras vtrum sit obiectum potestatis *sublimis*, an vero *subalternae*, te ad distinctionem et quidem notissimam ablegabo. Delictum enim quod *frequent*er commissum dicitur, vel *ordinarium* est et poena vindicatur *determinata*; vel *extraordinarium* audit, cuius sequela est *arbitraria* poena f).*

Delictum ordinarium vocatur, cuius poena *specialiter lege determinata est*. Quia in hoc, iudicis potestas tam arctis cancellis est circumscripta vt poenam legalem apprime sequi teneatur, nec vllatenus ab ea recedere ipsi liceat; quia insuper ex legislatoria potestate nil penes eum residere intelligitur, (§. 3.) luculentissime constat eius in hoc poenarum genere ob frequentiam delicti, nullum esse posse arbitrium. Posteaquam enim leges sunt latae, non de ipsis sed secundum eas erit iudicandum; et quia Princeps legis latae temporibus, de frequentia deli-

f) Consulatur Perillustr. Kocui in Institutionib. Iur. criminal. §. 31. 74. a. b.

delicti tanquam actu futuro nequidem cogitare potuit, nisi grauiissima haec circumstantia plane omitti debeat, noua lege nouaque poenae determinatione opus est g). Si igitur ex animo dicendum, nil reliquum est, quam vt iudex limites suae potestatis exacte seruaturus, quia poenam haecenus statutam periculose applicaret delicto frequenter commisso, legislatorem adeat, qui quem modum legum suarum nunc esse velit, authentice declaret.

§. 5.

A principis autem sapientia eiusque potestate sublimi, num possit expectari, vt poenam determinatam ob delicti frequentiam reddat *asperiores*, num *leniores*? Illud putassem omnino. Primo enim pro damni e delicto orti magnitudine, poena eius est temperanda h). Quis vero negabit, plus damni adfuturum, quoties frequenter vnum idemque committitur delictum? Secundo constat, in poena determinanda inspiciendum haud solummodo *praesens* damnum, sed *futuri* quoque rationem esse habendam i). Deinde, frequentia delicti, nonne generatim malos indicat subditorum mores, quibus poenae

B

hacte-

g) DETERMINATIO poenae legislatoris est, applicatio iudicis *ministri legum*. Sunt verba I. S. FR. DE BOEHMER in elementis iuris criminal. Sect. 2. c. I. §. 10. no. 4.

h) VON GLOBIG und HUSTER *von der Criminal Gesetzgebung* 2. Abschnitt, S. 50. 51. CHR. G. GMELIN *Grundsätze der Gesetzgebung über Verbrechen und Strafen* (Tübingen 1785.) §. 18. seq.

i) VON GLOBIG und HUSTER l. cit. 3. Absch. S. 96.

haecenus vſitatae ſatis mederi non potuerunt? Nonne igitur legislatoris erit, vt quam in partem hominum cupiditates magis propendere animaduertit, ei ſe parti maxime, et in vſum vocata auſeritate, opponat? Salus publica, ciuitatisque ſecuritas, quae ſinem niſi vnicum, tamen principalem omnium conſtituit poenarum, poſulare videtur, vt creſcat legum ſeueritas, prouti creuerit ſubditorum improbitas k). Denique, eandem mentem conditoribus legum romanorum fuiſſe, conſtat e L. 16. §. 10. ff. de poenis. Nonnunquam euenit, ſunt verba Claudii Saturnini, vt aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerben-
tur, quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit; Idem fere continetur in L. 1. ff. de abigeis. In qua Vlpianus, *Abigei non vbique, inquit, duriffime puniuntur, ſed ubi frequentius eſt id genus maleficii l).*

§. 6.

Legislatori a cuius arbitrio vnice pendet quem effectum frequentiae delictorum eſſe velit, quoties agitur de poenis determinatis, auctor ſim, vt grauiorem poenam non ſolum nunc inſligi iubeat, ſed inſuper ſuaderem, vt generali etiam in poſterum vali-

k) Quamuis non negauerim, boni principis eſſe, modum tenere ſeueritatis, aliſque mediis vti, quibus Reipublicae ſecuritas obtineri atque confirmari poſſit.

l) Neque aliter Cicero in actione in Verrem 2. Lib. 3. c. 89. Deſinite dubitare, vtrum ſit vtilius propter multos improbos vni parcere, an vnus improbi ſupplicio multorum improbitatem coercere.

valitura lege, asperiora praescribat. Licet enim *vnus* punitio multis exemplo esse possit, efficacius tamen a futuris delictis absterrentur qui certissime sciunt, se meliora sperare non posse *m*). Vnde conduceret omnino, si legislator hanc iudici tribuere velit potestatem, vt in posterum eo etiam non consulto, tale delictum grauiori poena vindicaret *n*).

§. 7.

Sunt vero, qui in omnia alia abeuntes, putarunt esse in male feriatum ob ipsam delicti frequentiam *leniori* poena animaduertendum. Tale quid opinantes sic argumentari solent: *Frequentiam* criminis semper indicare *consuetudinem* delinquendi illius vniversitatis, cuius delinquens ipse membrum fuerat; hanc autem in singulis indiuiduis dolum remouere vel minuere saltem, ideoque poenam reddere debere *mitiorem*. Sed considerent quibus haec placere possunt, consuetudinem vniversitatis idem delictum pluries perpetrantis minime esse attendendam in *poenis determinatis*, de quibus nunc loquimur, infligendis; sed forte in *arbitrariis*, aliis praecipue concurrentibus rationibus ei esse aliquid tribuendum *o*). Considerent porro, consuetudinem

B 2

nem

m) BECCARIA dei pene e delle delitti §. 27.

CHR. G. GMELIN l. c. §. 50.

n) Apprime his conuenit sanctio poenalis in art. 131. C. C. C. *Wo aber solches Ubel oft geschähe, wollen wir die gemeldte Gewohnheit des Vergrabens und Pfälens, um mehr Furcht willen solcher böshaftigen Weiber auch zu lassen.*

o) Celeberr. KOCH in Institut. iur. Crim. §. 154. lit. g.

nem non attendi, nisi vniuersitas delictum pro facto *licito* habuerit, quod ad delictum frequenter commissum quā tale, adplicari non potest.

Deinceps aliter sentientes prouocant ad locum *Pauli p)*, qui, *fures*, inquit, *vel raptores balnearum plerumque in metallum aut opus publicum damnantur. Nonnunquam pro frequentia admissorum iudicantis sententia* TEMPERATVR. *Pauli* vero mentem minime eam fuisse, quasi ob frequentiam delictorum poena *molliretur*; sed assertionis huius verum sensum, a recta interpretatione particulae *pro*, et vocis *temperare*, quae idem ac *regere, accomodare, administrare* significat, pendere, iam SCHVLTINGIVS ostendit *q)* et inprimis hac in re, otium mihi fecit I. L. E. PÜTTMANN *r)*, cuius solide dictis non habeo quod addam.

Alii denique ad experientiam confugiunt, qua duce ostendere conantur, acerbiores leges pessimos plerumque nancisci effectus, immo delicta ita non minui, sed potius multiplicari; indeque consilii esse aiunt, vt *frequentiae* delictorum minime per auctam seueritatem, sed per molliora in vsum vocata remedia

p) in receptis sententiis Lib. 5. Tit. 3. §. 5.

q) In *Iurisprud. Anteiustiniana*, et quidem in notis ad locum PAVLLI pag. 437.

r) In elegantissimo scripto, cui titulus: *de poenis pro frequentia delictorum temperandis*. (In *eius* Probabilibus iuris ciuilibus Lib. 2, cap. 15).

dia occurratur s). *His*, lubenter equidem concedo, feueritatem legum poenaliu, cum summa cautione veraque prudentia esse adhibendam; caeterum autem valde metuo, vt experientia quam laudant contraria, vnquam possit probari.

§. 8.

Quae hactenus asserui, *principis* esse non *iudicis*, statuere quomodo pro delicti frequentia sit determinata poena temperanda, exceptionem tunc videntur admittere, cum principi placuerit, hanc iudici in antecessum tribuere potestatem, vt ipso etiam inconsulto, ob eam rationem poenam possit reddere grauiorem t).

Si vero ex animo dicendum est, exceptio regulae proprie tamen non adest. *Duplex* potius aderit poena legitima, quarum vna *simpliciter* est adplicanda, altera vero, non nisi *conditionate* vsu venire potest.

§. 9.

Progredier nunc ad alteram de qua dixi admissorum puta *extraordinariorum* classem, quorum semper sequela est *arbitraria* poena, seu cuius determinatio *iudicis arbitrio iusto u)* est relicta.

Quodsi

s) Ita fere argumentatus est: *SODEN im Geist der deutschen Criminal-Gesetze I. Band, I. Abtheil. §. 61.*

t) quod e. g. factum esse constat in art. 131. C. C. C. supra laudato.

u) *merum* arbitrium neutiquam esse, sed admodum restrictum, nuperrime ostensum est, in dem *Archiv für theoretische und praktische Rechts-Gelehrsamkeit, von HAGEMANN und GÜNTHER, Braunschweig 1788. T. I. Seite 71. seq.*

Quodsi huiusmodi delictum *frequenter* fuerit admissum, nullus dubito in eorum concedere sententiam, qui *Iudici* hanc attribuant potestatem, ut poenam ipse pro frequentia criminis temperare possit. Fluere hoc videtur ex notione huius poenae quam scilicet legislator nondum determinavit, sed iudici prudenter consideratis omnibus facti circumstantiis, ponderatisque omnibus quae vllatenus delicti erga leges relationem concernunt, reliquit determinandam. Luculentissime intelligitur, *frequentiam delicti*, inter circumstantias istas, profecto haud vltimum occupare locum. Neque etiam tantum periculi, ex iudicis arbitrio circa frequentiam delicti extraordinarii est metuendum; quippe gravissimis tantum non omnibus criminibus poena constituta est determinata, perindeque in hunc censum venire non possunt, nisi leuiora delicta.

§. 10.

Si tamen in *arbitrariis* poenis facultatem iudici concessi, eas pro frequentia delicti temperandi; hoc neutiquam intelligi cupio, de pluribus determinatis poenis, quae in idem delictum *electivae* sunt statutae. Licet enim has *arbitrariis* adnumerare quibusdam non displicuerit *w*), tamen rectius *determinatis secundum quid* eas esse accensendas, putaverim *x*); de quibus igitur vnice valent regulae §. 4. propositae.

§. II.

w) e. c. I. S. F. DE BOEHMER in elementis Iur. Crim. Sect. 2. c. I. §. 9. in fin.

x) Perillustr. KOCH in instit. iur. Crim. §. 74. a. et Celeberrim. MERTSTER (Iun.) in solidis quas exaravit *Institutionibus Iur. Crim.* §. 71.

§. 11.

Caeterum vel me non monente constare puto, iudicem qui *arbitrariam* poenam pro delicti frequentia temperare sibi proposuit, in *duriorem* semper, in *leniorem* nunquam, nisi aliae rationes id suadeant, inclinare debere. Nil enim magis rei naturae conforme esse potest, quam ut iudicem imitari legislatorem oporteat, suumque arbitrium secundum iuris et legum analogiam accomodare teneatur *y*). Quae igitur legislatori severitatem iustam suadere possunt (§. 5.), haec eadem iudicem in exercendo suo arbitrio commoveant atque compellant.

**

* *

Sed haec haftenus. Properandum nunc est, ad finem huius descriptionis. Laetus sum hoc ipso tempore, quo magistratu per annum emensum mihi concredito est abeundum. Susceperam olim eo quidem animo, ut quidquid in me esset virium, impenderem lubenter in legum nostrarum atque privilegiorum custodiam, iustitiae administrationem atque singulorum Academiae membrorum commoda. Nunc tranquille placideque eum tradux

ne-

y) L. 16. ff. de Poenis art. 112. 114. 150. C. C. C. CHLADENIVS de arbitrio iudicis in commutandis poenis, §. 4. 5.

neque vlla ingruit turbida tempeftas. Admonitionibus confi-
liisque fuit opus; fed poena vti feueriori, rariffime licuit.

Funus nullum hoc anno vidimus.

Numerus Studioforum fere idem manfit, licet tot eorum
quot anteriori anno ciuitatis albo non fuerint additi.

Hanc placidam beneque compositam rempublicam, mox
fucceffori in officio tradam, cui licet quis fit ignorem, tamen
quaecunq; bona fauftaque poffum augurari.

Seruet modo *diuinum Numen* PRINCIPEM SERE-
NISSIMVM, Academiae fuae, MAGNIFICEN-
TISSIMVM NVTRICIVM, CVIVS clementia
atq; benignitas hoc etiam anno, vicit noftram expectationem
largiffime licet conceptam.

Addidit enim SAPIENTISSIMVS PRINCEPS,
Professoribus, Viros celeberrimos, FRANCISCVM CAROLVM
SCHLEICHER, vt, ne quid in hac Vniuerfitate deeffe videat-
ur, doceret rem militarem; atq; IOSEPHVM FRIDERICVM
ENGELSCHALL, artis delineandi et pingendi magiftrum.

Theatrum anatomicum quod aptiffimum exftrui iufferat
OPTIMVS PATER PATRIAE, iam vltimas opificum
exfpectat manus.

Eidem munificentiae alterum debemus Theatrum anatomi-
cum, quo ars veterinaria tradi et demonftrationes huc facientes
commode abfolui queant.

Voluit

Voluit quoque **CELSISSIMVS PRINCEPS**,
CVIVS sapientia omnibus prospicit, ne sacris catholicae religio-
 nis addictis, occasio Marburgi deficeret suam colere religionem.
 Iam omnibus conuenire in loco honestissimo, atque Presbytero
 adhibito supremum Numen secundum praecepta huius religio-
 nis, venerari licet.


In his ipsis diebus tota vniuersitas habuit, quo maxime
 laetaretur. Nam inopinato **SERENISSIMVS PRIN-**
CEPS dono ipsi misit, tabulam pictam nitidissimam, splen-
 didissimamque, imaginem **CELSISSIMI DONATORIS**,
 ferenos vultus, totumque fere corporis habitum ad viuum
 fissentem. Eminent haec iam inter tot **PRINCIPVM**
HASSIAE effigies in auditorio maiori, quod qui intrant
 nisi laetabundi adspicere non poterunt.

Sed tot exstant **PRINCIPALIS MVNIFICENTIAE**
 vestigia, vt tempus et charta huic deficerent, qui vel summatim
 ea narrare, vel referre de eis, sibi sumere vellet.

En igitur Academiam, cui Sorores merito congratulentur
 felicitatem, ex indulgentia largitateque principali profectam,
 solideque corroboratam.

Nunc exsequendum est, officii munus vltimum, et
NOVO PRORECTORI ACADEMIAE creando
 prouidendum est. **PERILLVSTRIS** igitur ac **GENE-**
 C RO.

ROSISSIMVS ACADEMIAE CANCELLARIVS,
CELEBERRIMI OMNIVM ORDINVM PROFESSORES
ORDINARIJ, ea qua decet obseruantia rogantur, vt velint
loco ac tempore stato, suffragiis suis nouum constituere Magi-
stratum, cui insignia huius honoris a me publice tradantur.
Huic vero panegyri, vt interesse velint ILLVSTRISSIMI
S. R. I. COMITES, GENEROSISSIMI AC NOBI-
LISSIMI CIVES, reuerenter ac humaniter oro, precorque,
Dab. MARBURGI sub finem mens. Decembr. a. c. MDCCCLXXXVIII,
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORE.



Marburgi Diss., 1789/1800

ULB Halle

003 550 265




3

f

sb.





11
9
Erlebe Potestas Criminalis circa frequent. del.

AVCTORITATE
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
G V I L I E L M I IX.
HASSIAE LANDGRAVII RELIQUA
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI

11
1789, 1.

SOLEMNIA
NOVI PRORECTORIS

CREANDI INAVGVRANDIQVE
AD IPSAS CALENDAS IANVARII A. MDCCCLXXXIX.

INDICIT
PRORECTOR ACADEMIAE
**IOHANNES HENRICVS CHRISTIANVS
ERXLEBEN**

IVR. VTR. DOCT. PROFESS. PVBL. ORDINAR. ET SERENISS. HASSIAE
LANDGRAVIO A CONSIL. IVSTIT. INTIMIS.

POTESTAS CRIMINALIS CIRCA FREQVENTIAM
DELICTORVM IN DISCEPTATIONEM VOCATA.

MARBV RGI
TYPIS IOHANNIS BAYRHOFFERI.

1789

